



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

SS. Martyres Nagrani. 24. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

666 VITÆ SANCTORUM. 24. Octob.
rianis ideò hodie narramus, ut sciant
securius castitatem binis leonibus coha-
bitare, quàm uni faminae. Ex Menais.

*Contra reliqua vitia Deo auxiliante de-
bemus in præsentì resistere? libidinem cui
fugiendo superare: contra hujus impetum
apprehende fugam, si vis obtinere victo-
riam; neque tibi sit verecundia fugere, si
castitatis palmam desideras obtinere. Au-
gustin. serm. 250.*

SS. MARTYRES NAGRANI.
24. Octobris.

Non jam singulos Martyres produ-
cere in arenam, & cum tyrannis com-
ponere, sed producere in campum ple-
nam aciem iuvat, & totam pro Christo
pugnaturam urbem Nagranam armare.
Cave tamen cum in exercitu nostro sa-
cros homines, senes, matronas, pue-
ros, & adeò puellas vides, apparatus
nostrum riseris. Videbis majores cor-
poribus suis animos, & viros sub stolâ,
ipsamque in senibus juventam, in sacer-
dotibus fortitudinem. Ecce enim Are-
thas (urbi præfectus fuit) xcv. anno-
rum senex canos pulchros sanguine pin-
git, lauro ornat: potuitne quidquam glo-
riosius ab hâc ætate fieri? Ruunt cum
hoc in mortem eandem socii ccc. xl.
an præeuntem ducem non rectè secuti
milites? Sacerdotes sacrorumque mini-
stri

24. Octob. VITÆ SANCTORUM. 667
stri omnes uno igne cremantur; an pul-
chrius poterant sacrificare? Puella xii.
annorum in facium Dunaanī tyrānī
spūto pugnat, eadem cum sorore ferro
jugulum dare non abhorret; an non for-
titer utraque? Utriusque sanguinem ma-
ter ore suo libat, mox suum miscet; an
non viriliter fecit mulier? Sed hem in
quinquenni puero Herculeū Oetaum.
Supplicat hic pro matre ad ignes dam-
natā; sed ubi ad perfidiam invitari se vi-
det, à rege non jam matris solum, sed
suam etiam mortem orat, & lacrymis pe-
rorat, & blanditiis savientem mor-
su provocat tyrannum. Nihilominus servan-
dus custodiam fallit, & ad matris sinum
per ignes, cum illā ex ignibus ad cælum
volat. Ecce Romavetus, quæ ab omnibus
sæculis exempla fortitudinis in omni sexu
non mendicabis, omnia spectanda uno
die dedit virtus Christiana. Ex Metaphr.

*Quid Dei benignitati pro omnibus ejus
muneribus rependemus! Nam si mille an-
nos in terrâ viveremus, ne pro uno quidem
colapho, nedum pro morte, quâ pro nobis
sædissimâ fuit affectus, illi umquam ullo
modo posset à nobis satisfieri. S. Ephrem
in Confess. peccat.*

S. MARCIUS CONF. 24. Octobris.

Orbi Romano Iustino juniore impe-
rante, rectius sibi MARCIUS im-
pera-